Prepotens huius populi patrone
Sancte confessor domini tonantis
Pontifex salue bone. quē bicuspis
Mitra coronat
Clericis. quorum tua laus in ore
Crebra versatur. fer opem benignus
Crescat vt virtus. procul ꝛ recedant
Noxia queqz
Sit tuo ductu bona ciuitati
Sors. ꝛ afflatus superum secundi
Consulat recte in medium sagaci
Corde senatus
Plebs sacerdotes amet. ac honoret
Et libens iustos monitus sequatur
Nulla tranquillā temerare pacem
Ausit erinnys

¶ Finis huius odes

Versus intercenticij

Eximias magni laudes celebrare patroni
Certatim melico cantu studiosa iuuentus
Pergat. vt hanc diuus Ludgerus protegat vrbem

¶ In p̄coniū Petri Rauēnatis vtriusqz iuris p̄fessione ꝛ mirabili memoria clarissimi Sylua Joannis Murmellij Ruremundensis

Liuius hystorie Latialis maximus auctor
Lacteus eloquij quem fons decorauit ad vrbem
Romuleam claro spectatos nomine quosdam
Traxit ab herculeis fame splendore colūnis
Res memorandas quidem. sed si modo vera fatemur
Librantes iusto veras examine laudes
Dicendum magis est. presens qd̄ conspicit etas
Ingenijs felix etas. ꝛ secula prisca
Indubij campum certaminis ausa vocare
Urbs est in Rheni nunc florentissima ripa
Inferior Bonna. supra turrita Noueſi

Menia.que quondam romana Colonia facta.
Quom sceui mater nimis ambitiosa Neronis
Ostentare suas externis gentibus illic
Uellet opes.z natali dare nomina terre.
Pretulit ausonia ductum cognomen ab vrbe
Uocibus antiquis.z iura latina recepit.
Hic olim scythicis imbellia castra sagittis
Lesa puellarum superos petiere.cruore
Uirgineo gelidi tepefacta fluminis vnda
Irrubuit rhenus.sacroq; liquore tricornis
Oceani tremulas perfudit in equore nymphas.
Huc illata trium populis veneranda magorum
Augusto Petri seruantur corpora templo.
Huc etiam sophie quondam studiosa migrarunt
Pectora.que totum longe lateq; per orbem
Diffudere bonas artes.z turbine pulso
Perfidie.solido fundatam marmore Christi
Muniuere fidem.structis adamante columnis
Magnus in hac.cuius laudes equare canendo
Non potis est quisq;.q̄uis contendat Homerum
Uincere carminibus.felici floruit vrbe
Albertus.quo se germania iactat alumno
Et sophie palmam claris extraxit Athenis
Diuus in hac Tomas morum mirabilis.omni
Pre lustris vita.docuit sanctissima queq;
Discipulos.z iam confirmatura nepotes
Condidit in totum dispersa volumina mundum
Florent hoc etiam prestantes artibus euo
Ingenuis.sophiaq; viri.quos inclyta late
Uicinas pridem fama inuulgauit in vrbes
Hi sacros libros profitentur.z abdita vulgo
Officiꝫ docte promunt mysteria lingue
Illi peonio varios medicamine morbos

Depellunt hominū membris. pars magna potentis
Consilia iusticie. populisq; intenta regendis
Et iuris nodos ꝛ legum enigmata soluit
Sed veluti stellas occultat phebus. ꝛ inter
Lenta caput tollit gracilis viburna cupressus
Obscurat reliquos vnius gloria iuris
Consultos. ꝛ sydereum contingit olympum
Egregie celso doctrine vertice Petrus
Petrus thessalica veniens ex vrbe Rauenna
Ligneq; qua gothici tenuere palatia reges
Pontibus ac lembis soliti transire paludes
Quaq; viri sedes olim cepere salubris
Corpora graminea sueti nudare palestra
Hic varijs passim circum cunabula fusis
Floribus exortū Petrū. iam murmure primo
Dulci vagitu flentem. polymneia blando
Excepisse sinu fertur. comitata Mineruam
Fatidicamq; Themin. ꝛ pictis vestibus horas
Irenenq; Dicenq;. ꝛ qua concordia gaudet
Eunomien. nitidi seruantes atria celi
Sederunt ꝛ apes infantis in ore tenello
Non secus ac flaui quondā dulcedine mellis
Ambrosij ꝛ lati linguam instituere Platonis
Hinc puer vt creuit tenero studiosus ab euo
Edidicit cyclicas artes sacramq; poesim
Cesareas leges sophie ex fonte reductas
Diuinos canonas sanctorum scitaq; patrum
Quicquid apud veteres Moseus excreuit hebreos
Precipiente deo. quicquid Lacedemone sanxit
Exilio mutans natalia tecta lycurgus
Quicquid apud doctas statuisse feruntur athenas
Illustrisq; Draco ꝛ docti musa Solonis
Omnia que populis dictarunt iura. probati

Pythagore famulus getico secretus in antro
Pompiliusq; pias pacis conuersus ad artes
Qui sic stelligero regi successit in vrbe
Pacificū vt phibent fortis Solomona parētis
Excepisse locum. ⁊ templū posuisse tonanti
Quas Epheso leges sapiens eiectus inique
Luxuria nullum frugi caslumq; ferente
Intulit in latium. quas sciuit libra Roma
Regibus exactis. que ueniq; iura potentis
Imperij statuere duces. a Cesare primo
Ad nostram etatem. docili complexus abunde
Multa tenet pariter, glossemata mente Rauēnas
Sceuola nunc sileat. nunc Mutius vnus ⁊ alter
Seruius. Atteius. Longinus. Tubero. Crassus.
Pegasus. Aufidius. Labrones. Sulpitiusq;
Paulus ⁊ Attilius cedant. concedat ⁊ ille
Al secuo patrios mores spernente tyranno
Obiectus stricto furibundi militis ensi
Quem veteres libri merito dixere probantes
Legalis sophie thesaurum ⁊ iuris asylum
Posthac clara suos iactare perusia ciues
Desinat. ausonie populus nō audeat vllus
Petro doctrina preponere iuris alumnos
Petro qui decus est ⁊ gloria summa Rauenne
Hic si pandecte legum ⁊ decreta piorum
Pontificum veneris perijssent cuncta marito
Posset ea exacte facili instaurare labore
Usq; adeo memori mente est. artisq; peritus
Quā melicus fertur quondam inueniisse poeta
Tyndaridis charus. collabentisq; triclini
Thessalici mira subtractus sorte ruine
Funera quando Scopę conuiuarūq; sepulchris
Cum gemitu ⁊ misero populi tradenda dolore

Ordinis ꝛ numeri fretus ratione notauit
Quã consummauit Metrodorus Scepsius ille
Coniugium clarum pnorum nactus in vrbe
Et mox in ponto regi dilectus abunde
Regi qui totidem linguas quot regna tenebat
Qui quibus populis viginti iura duobus
Dixerit. ꝛ nullo varias interprete gentes
Affatus fuerit. palmam tamen esse Rauenne
Permittit. laudisq; nihil volet esse relictum
Orator pyrrhi. Lucullus. Scipio. Lyrus
Cum Seneca latro. Theodectes. Carneadesq;
Maximus Annibalis domitor. Cesarq; benignus
Et Xerxis victor preclaris natus Athenis
Exul ab ingrata patria qui fugit ad hostem
Et qui iam memori recitatũ mente poema
Reddidit alterius. quod non cognouerat ante
Nunc minuunt famam. ꝛ Petrũ prestare fatentur
Hinc ad barbatũ iuuenesq; senesq; magistrum
Undiq; concurrunt. scythicis hic exit ab oris
Deserit ille breui contentos nocte britãnos
Pars ab aranistis. rhodani pars currit ab ortu
Conueniunt galli properat germania tota
Ut docti precepta viri verissima discant
Sermonesq; pios nec abhorrentes ab honesto
Accipiant. memori ꝛ studiose pectore condant
O si meonñ flueret mihi vena poete
Et mens phebo satis inflãmata furore
Pieriũ in cantũ raperetur libera curis
Te melius canerẽ doctissime Petre Rauẽnas
Qui te non solum natum tibi credis at omni
Humano generi. sophiam qui nõ modo barba
Uestibus ꝛ lingua profiteris sed pietate
Equiparas cultos sermones. ꝛ facis ipse

Egregie quecunq; doces. sic itur ad astra
Sic emitur celum. tibi candida vita probati
Francisci placet illius qui stigmata Christi
Rettulit in mēbris ⁊ paupertate beatus
Qua docuit comites ratione petatur olympus
Tecum vna coniunx Lucretia viuit honeste
Non illa inferior quā iactat libera Roma
Laude pudicicie nō experientis vlyssei
Coniuge smyrnei celebrata carmine vatis
Viue valeq; diu cultissime Petre Rauennas
Inuidia vulgi maior morsuq; canino
Nec Socratis Nephele famā minuere cicuta
Carcere defuncti. nō obstat ineptus Homero
Zoilus aut magno rabies Bauiana Maroni
Si mihi quid tenui fas est promittere cantu
Venturi te meq; legent. seriq; nepotes
Abs te conscriptos rapient trans equora libro

¶ Impressum Colonie in Officina ingeniosq;
librorū Quentell. Anno Christiane religionis
Millesimo q̄ngentesimo nono.

Sit tuo ductu bona plebi

Sit tuo ductu bona sors alumnis

hic tuis

Sit tuo ductu bona

Et tui ductu bona sit tuorum

Sors alumnorum tibi seruientum

~~hic tuo afflatus~~ ~~[illegible]~~ ~~secundo~~ afflatus iugiter secundi

tua laude

Dirige

hic tuo assistas iugiter ~~secundo~~ ~~dirige~~ ~~abonum hoste maligno~~

gubernat hanc Plebeculam

fende periclo

~~prospera cuncta~~

LANDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DUSSELDORF